



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

45. An testator possit prohibere, ne executio deuoluatur ad Episcopum? Et pro praxi praedicta difficultatis exponuntur tres casus. Et notatur, tunc data negligentia executorum, deuolui ad Episcopum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

que mandan que los herederos, o executores negligentes en el cumplimiento de los testamentos si esta negligencia durare vn año, el primero puede ser privado de la herencia, y el segundo de la vtilidad de la execucion, como dize Zenedo,

4. Y añade Couarruias, que el executor a quien por dos vezes en vn año le vuicre amonestado el Obispo cumpla el testamento, no lo haziendo, queda privado de la execucion, y que en su lugar ha de entrar el Obispo. Y Spino al proposito refiere vna ley de Castilla, que ordena, que el executor esta obligado dentro de vn mes desde que muere el que testó a enseñar al juez el testamento, y dar cuenta de como le tiene cumplido. Lo mismo dize Villadiego.

5. Y aunque el que testó no señaló tiempo, luego se debe cumplir auiendo con que, y disiriendose, pecan los testamentos, y mas si ai que restituír, siendo causa de que y alma padezca mientras no satisfacen. Acerca desta obligacion ai muchos textos, y leyes, y Nauarro dize expressamente, que peca el testamento que luego no cumple el testamento, si tiene conque, y tambien pecará el que sin hazer inuentario para cumplir iuzga, que no ai conque satisfazer, y assi no cumple con su obligacion. Lo mismo se ha de dezir de los herederos, como lo disponen las leyes. Ita ille.

Sup. hoc supra in Ref. 41.

6. Et Carpius, de *exec. testam. lib. 3. c. 1. n. 5.* ex Gregorio Lopez docet, quod etiam ante annum poterit Episcopus, seu index secularis cogere executores ad executionem testamenti, ex Abbate, & Imola, in *cap. si heredes de testam.* etiam quoad legata profana Iacob. à Canib. *supra n. 27.* ibi, quod statim. Azcued. in *leg. 7. tit. 4. l. 5. n. 5. in fine.* Ceuallos *pr. 7. q. 7. 374. n. 6.* & 7. ybi ait, quod si dispositio sit talis nature, vt statim exequi possit, tunc non debet expectari transcursum anni, siue legata sint pia, siue profana; & ita obseruatum in Concilio Archiepiscopatus Toletani. Vide etiam Sanchez; *Opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 54. n. 6.*

7. Vnde vt magis labefactata remaneat opinio Escobar; apponam hic per extensum verba Eminentissimi Domini mei Cardinalis de Lugo, de *lust. tom. 2. disp. 24. sect. 11. n. 296.* sic, me citato, disrentis: Dubitatur an in foro conscientie heres, vel executores possint differre per annum executionem, vel solutionem legatorum? Ratio dubitandi est, quia in *Amb. de Eccles. tit. 5. si autem legatum datur semel heredi, vel executori, à die insinuat, vel declarati testamenti coram iudice ad implenda legata pia; ad alia verò non pia, & reliquam voluntatem testatoris assignatur annus, in cap. 3. de testam. & in l. nulli, C. de Episcopis & Clericis.* Ceterum omnes conueniunt, illum terminum non ita assignari, vt auferatur obligatio conscientie, quæ aliàs est de lege nature implendi voluntatem testatoris. Ita Doctores communiter, & quos congerunt & sequuntur Sanch. *d. lib. 4. c. 1. dub. 13.* & Diana *3. tom. tract. 5. miscell. resol. 59.* Et quidem quoad soluenda debita testatoris, ratio est clara, nec testator poterat dilationem concedere heredi, cum testator ipse statim teneretur soluere. Quoad alia verò legata, probatur etiam clarè, quia illa sunt verè debita legatariis; ergo sicut alia debita soluenda sunt illis, quando commodè possunt. Habet autem hoc potissimum locum in Missis, & suffragiis offerendis pro anima testatoris, quorum dilatio ipsi multum nocere potest, & idèò negligentiam & dilationem circa hæc grauius solet Deus punire, etiam in hac vita, vt ex diuersis authenticis historiis colligi potest. Hæc Lugo, quod etiam & sequenti Resolutione magis patebit.

8. Benè igitur Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 5. diffic. 4. num. 117.* dixit, illud quod statuit iura de spatio sex

mensium in legatis piis, & vnus anni in reliquis, intelligendum est tantum ad effectum, vt heres & executores puniantur pœnis, in secunda difficultate commemoratis, atque vt executio ad Episcopum deuoluatur. Ergo, &c.

## RESOL. XLIV.

An si Executores, vel heredes iura annum non exequantur voluntatem testatoris, an possint purgare moram post annum? Ex p. 8. tract. 5. Ref. 54.

§. 1. **R**espondeo negativè; Colligitur ex text. r. d. vobis, iuncto *summario, de testam.* vbi dicitur, si infra annum non exequantur, deuolui executionem ad Episcopum, quæ verba denotant, executores non posse amplius exequi. Ita Mieres de *maior. 1. p. c. 48. n. 7.* Azcued. *lib. 5. recap. tit. 2. l. 4. n. 32.* quos citat & sequitur Sanch. *lib. 6. de marri. d. 2. n. 4.* quibus adde Merollam, *tom. 3. disp. 7. c. 5. diffic. 5. n. 119.*

## RESOL. XLV.

An testator possit prohibere, ne executio deuoluatur ad Episcopum?

Et pro praxi dictæ difficultatis exponuntur tres casus. Et notatur, tunc data negligentia Executorum, deuolui ad Episcopum executionem testamenti, quando testator in eo enititur sibi de alio Executore non prouidit, seu vero si prouidit; tunc enim ad eum deuoluitur executio, & non ad Episcopum, nisi is etiam sit negligens in exequenda defuncti voluntate. Ex p. 8. tit. 5. Ref. 56.

§. 1. **A**D hoc dubium sic respondet Sanch. in *opus. supra n. 2. lib. 4. c. 1. dub. 55. n. 7.* In tribus casibus potest testator excitare Episcopi iurisdictionem in suo testamento. *Primus casus* est, quando in casu negligentia executoris testator substituit alium executores, tunc enim non deuoluitur executio ad Episcopum, donec nec substitutus constitutur in negligentia. Sic Matienzo, *lib. 5. recap. tit. 4. l. 7. gloss. 2. n. 2.* & *l. 14. gloss. 1. n. 45.* Couarr. *c. 3. de test. n. 2.* vbi Bart. *n. 14.* & idem Couarruias *cap. 1. de testam. n. 6.* Syluest. *Artil. Tabien. Angelus,* vbi citati sunt in *1. concl. Spino speculo test. gl. 28. n. 41.* Gregor. Lopez *l. 7. ver. albaceas, tit. 10. p. 6.* Capolla & Baldus, quos refert Matienzo.

2. Circa hunc casum nota *primò*, quod licet possit testator alium executores substituere in negligentiam prioris: at non poterit iterum substituere negligentiam illius substituti. Sic Baldus, quem refert & sequitur Gregor. Lopez, *ibi.* *Secundò* nota, quod Azcuedo, *l. 6. tit. 4. lib. 5. noua recap. n. 14.* dicit, quod non potest executori exequitorem substituere, & sic non debet dicere, si primus fuerit negligens; sed si intra tale tempus non exequantur, sit talis executor; sed nescio cui innititur fundamento; ceteri enim Doctores absolute dicunt posse in negligentiam prioris exequitoris alium substituere, & sic est tenendum.

3. *Secundus casus* est, quod nullo designato tempore dixerit testator expressè tempus legitimum eis non currere; sed liberam executoribus commissionem reliquerit, vt cum voluerint, exequantur. Sic Baldus, Guald. Panor. Barbat. quos refert & sequitur Couarr. *ibi, n. 6.* Matienzo *l. 5. tit. 4. l. 14. gloss. 1. n. 48.*

4. *Tertius casus* est, si testator designauerit, quid sit agendum de legato; eo casu quo prima eius iussio non fuerit ob executorum negligentiam ad effectum deducta, non potest Episcopus eam voluntatem immutare. Sic Bart. quem refert ac sequitur Couarruias, *cap. 1. de testam. d. 1. n. 6.* Hucque Sanch. cui ego addo Valq. *Opusc. de testam. c. 9. §. 3. dub. 2. n. 77.* Molinam de *Instit. tom.*

tom. 2. tr. 2. disp. 257. & Merollam in disp. Theol. moral. 1. 3. disp. 7. c. 5. diff. 6. n. 125.

5. Dicendum est igitur testatorem non posse prohibere, ut etiam data executorum negligentia Episcopus non se intromittat, quia exigere eiusmodi rationem est munus publicæ potestatis, in commune Reipub. bonum introductum, quod testator non potest impedire; præsertim, cum eiusmodi impedimentum præberet occasionem peccandi.

6. Notandum verò est hic, tunc data negligentia executoris, deuolui ad Episcopum executionem testamenti, quando testator, in eo euentu, sibi de alio executore non prouidit, secus verò si prouidit; tunc enim ad hunc deuoluetur executio, & non ad Episcopum nisi hic etiam esset negligens in exequenda defuncti voluntate.

RESOL. XLVI.

An Episcopus, data negligentia Executoris, non solum possit, sed etiam teneatur testamentum exequi?

Et an quilibet de populo reclamare possit, si videat defuncti voluntatem non impleri?

Et an si Episcopus fuerit negligens in administranda iustitia in dicto casu, & remouendo illos ab Executione, & priuando emolumentis, possit Metropolitanus talem executionem facere?

Et si testator reliquit quempiam electorem pauperum, quibus aliquid sit distribuendum; si is intra annum, aut sex menses eligere negligat; utrum, eo tempore elapso, ius eligendi transeat ad Episcopum? Ex p. 8. tr. 5. Ref. 57.

§. 1. Respondet affirmatiuè Merolla, tom. 3. disp. 6. c. 5. diff. 7. n. 126. & colligitur ex verbis, c. 3. de test. que videntur importare præceptum, ibi, Per te adificetur & ibi, Assignentur, quæ verba cum à Pontifice ad Episcopum dirigantur, omnino præceptum important, iuxta doctrinam à nobis traditam, tom. 2. c. 3. Ratio autem est, quia supposita executorum negligentia, ad Episcopum deuoluitur executio, ut illorum defectum suppleat, & ut vltima testatorum voluntates, quam citò fieri possit adimpleantur. At si Episcopo nullum impositum esset præceptum, non ita benè executorum suppleretur negligentia, neque tam citò adimplerentur testatorum voluntates.

2. Notandum est etiam hic primò, quòd si Episcopus elapso anno dato executoribus ad exequendum fuerit negligens in administranda iustitia, & remouendo illos ab executione, & priuando emolumentis, potest Metropolitanus talem executionem facere, quia eius est negligentiam Episcopi supplere, cum quilibet de populo reclamare possit, si videat defuncti voluntatem non impleri, l. 4. ir. 10. p. 6. Sic Archid. & Butrio, quos refert ac sequitur Spino, spec. test. gl. 28. n. 42.

3. Notandum secundò, practicabile dubium, & est, si testator reliquit quempiam, non quidem executorem, sed electorem pauperum, quibus aliquid sit distribuendum, aut puellarum orphanatum; quæ nuptui sint tradenda vel alterius similis rei: is verò intra annum, aut sex menses, eligere negligat, utrum eo tempore elapso, ius eligendi transeat ad Episcopum? Barto. & post eum Panorm. c. 3. de test. n. 12. negant transire. Ducuntur, quoniam qui eligere negligit, non erat executor, sed elector. Iura autem solum loquuntur de executore, dum cum munere priuant, si intra tempus lege præscriptum defuncti voluntatem executioni mandate negligat. Contrariam sententiam affirmant Syluest. verb. test. 2. q. 8. pronunc. 3. Couar. c. 3. cit. n. 7. & communior Doctorum sententia, quam Couar. citat, est, que nobis amplectenda, eo quòd utrobique sit eadem ratio electi & que in eo euentu, quasi pars quædam sit

executionis ad eam prærequisita; quo fit, ut iura quæ statuant executionem deuolui ad Episcopum per negligentiam executorum intra annum, aut menses idem intelligere censeantur de eiusmodi electione. Et hæc omnia docet Molina de Iust. tom. 1. tr. 2. disp. 151. n. vlt. cui ego addo Merollam, vbi supra, diff. 5. n. 122.

RESOL. XLVII.

An quem Episcopus spectet, Executio testamenti, data negligentia heredum, vel executorum an ad Episcopum illum in cuius Diocesi sita sunt bona testatoris distribuenda, vel ad illum in cuius Diocesi testator morabatur? Ex p. 8. tr. 5. Ref. 59.

§. 1. Hic quæstioni sic respondet Merolla in d. Theol. moral. tom. 3. disp. 7. dub. 8. diff. 2. Executio testamenti secundum aliquos spectat ad Episcopum illum, in cuius diocesi sita sunt bona testatoris distribuenda; non autem ad illum, in cuius diocesi testator morabatur. Sic Tusc. loc. cit. concl. 293. n. 27. quem secutus est Barbosa d. alleg. 82. n. 14. in prima editione. Sed postea hic Auctor in secunda editione contrarium tenuit cum Romano concl. 250. in prim. Possunt tamen hæc duæ opiniones conciliari, ut prima intelligatur, quando testatoris mora in ea diocesi, erat tantum ad tempus, ob aliquod negotium peragendum. Secunda verò, quando per eam moram iam testator contraxerat in ea diocesi domicilium, eò quòd ibi morabatur animo perpetuò habitandi, iuxta dicta à nobis, tom. 2. c. 3. n. 525. & seq. quod aperte colligitur ex §. 5. quis autem pro redemptione, Aur. de Eccl. rit. Et hoc verum est quamuis testator iusserit, ut in alia diocesi sepeliretur, ut ait Gabriel Pereira de manu Regia. c. 16. n. 40. verò, Quid sit, dicens ita fuisse indicatum. Hucvltue Merolla; vide etiam Sanchez in Opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 54. n. 12.

RESOL. XLVIII.

An Episcopi sint Executores vltimarum voluntatum, etiam quo ad legata, & causas non pias, data negligentia heredum, & Executorum aliorum? Ex p. 8. tr. 5. Ref. 40.

§. 1. Negatiuam sententiam mordicis sustinet Carp. sup hoc in duabus Ref. seqq. & supra in tr. 8. Ref. 39. §. 2. post medium vers. adeo, ut quid. Pius de exec. test. lib. 1. c. 21. n. 42. & seq. cui adde nouissimè Vvadingum, tr. de contr. disp. 4. dub. 13. §. 5. n. 2. vbi sic ait. Prima difficultas est, an Episcopus sit executor legitimus omnium testamentorum siue piorum, siue profanorum? De piis non est magna disputatio, cum de illis nominatim agant citata iura, de profanis confirmat Panormitanus, cap. si heredes, de testam. secutus Innoc. cap. nos ibid. Sed multò probabilius est solum se posse immiscere testamentis ad causas pias; gloss. in c. tua nobis. Anchar. in cap. si heredes, & plures alij, & Pontifices satis se declarant, n. tr. de testam. Primò, dum semper penè expressè restringunt suas decisiones ad pias, ut cap. tua nobis, cap. nos quidem cap. Ioannes, & quod pro se citat Panorm. cap. si heredes, non est Pontificis, sed Concilij prouincialis Moguntini, quod est intelligendum iuxta Pontificum responsa, cum expressè non dicant quidquam de testamentis profanis. Secundò, Pont. in cap. nos quidem, cit. dicit iuxta piissimas leges decernere; atqui leges ciuiles non dant Episcopis potestatem exequendi testamenta, nisi ad causas pias, & omnino expedit in iudiciò esse separatas, & consuetudo communis ita interpretatur, qua Episcopis sola pia admittit. Ita ille.

2. Igitur